V/

Corvea.

1513.

1139.2

1139.2

1139 2

ORATIO MAXIMI CORVINI PARTHENOPEI.EPISCOPI ESERNIEN. SANCTISS. IVLIO.II.PONTIFI. MAXI.DICTA.



BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE

¶Ad·R.in Chriſto Pa.&.D.D·Ioannē.S·Marię in
Domnica· Diaconum Cardinalē·de medicis.S.R.E·
Bononię Flaminiæq; legatum digniſſimum.Maximi
Coruini Epiſcopi Eſernienſis Epiſtola.

ORatio Sanctiſſimi Fęderis(quam in templo
diuę Mariæ)quæ Romano populo pręeſt/
inter ſollemnia:magna mortalium frequen/
tia:tertio nonas Octobres ęgi:tuo auſpitio exeat:
Quippe cum trium horarū fętura ſit:quando triū
dierum(dumtaxat)ad agendum mihi ſpacium·datū
fuerat: eam domi retinere inſtitueram: Sed pleriq;
mei amantiſſimi:cum omni officio efflagitaſſent:re/
pugnare non potui:quæ ſi forſan in·Liuoris ignaui·
morſus incideret:tua auctoritate.tua diſciplina · &
breuiſſimi temporis fętura defenſa·dentes non for/
midabit. Vale.

¶ Oratio Maximi Coruini Parthenopei. Epiſcopi Eſernieñ. Sanctiſſ. Iulio. ii. Pon. Maxi. dicta.

CVm in omni oratione (quæ inter ſacra & ce-
rimonias) Beati: Pr̃ dici conſueuit: dicendi
initium Deo opt: Max. Magnęq; Genitrici
ſemp uirgini. cæli Reginę: grauiſſimoꝝ oratoꝝ offi-
ciũ / rite / dicauerit (ea dũtaxat rõne quod nemo mor-
taliũ. niſi diuino numine adiutus fuerit) quitq̃ de ſe
ꝓmittere poſſet: hodierna die. meę orationis. ne dicã
Initiũ. ſed cætterę partes. ĩmo ipſa etiã memoria & ac-
tio. a me cõſecrari debent. Quis. n. in tanta rerũ ſilua.
ſubito ꝓfari queat? Quis de tãta celebritate (abſq; di
uini luminis auxilio / quod ſpiritũ ſapiẽtię & intelle
ctus oranti ſubminiſtrare ſolet) breuiter. dilucide: &
ornate dicere poſſit? maxime corã te ſũmo totius or-
bis terrarũ pr̃e Beati. cuius ſapiẽtia cælo cognata eſt:
onus quippe atq; ꝓuincia meis uiribus impar. Sed
me tua ſancta iuſſa. tua diuina oracula (quę ſeruare
religioſum detractare nefas eſt) ad dicendum: quocũ
que poſſem orationis curriculo. impulerunt.
Dicendũ eſt igit̃ de ſancti. Fędere: quod tãdẽ diuino
numine a tua ſapiẽtia pfectum: atq; a tua Sancti. ma
ieſtate cũ ferdinãdo Catholico Rege potẽtiſſ. de hac
Ap̃lica ſede ſemp bñ merito: & ĩclyta Venetoꝝ repu:
kl̃. Octo. i ſacro ſenatu tot ampliſſimoꝝ patrũ ſancte

ſancitum ſuit: quod quidem opto · ac prępotentem Deum ſuppliciter precor · ut in primis ſanctitati tuę & huic Apoſtolico imperio · inde ferdinando Catholico Regi Venetoꝝ reipu: ac fideli: & chriſtiano populo fauſtũ · fortunatũ · fœlixq; ſit · Quo igitur diuinitus ſancito. cũ ſanctitas tua / in hoc glorioſiſſimo die / more maiorũ ſupplicatiões / Deo opt · Max · ac diuę Genitrici (quę huic templo pręeſt) rite & ſancte decernendas duxiſſet: ſacro mihi iuſſit oraculo: ut meo ore pro palam mortalibus fieret.

Cuius quidem ſanctiſſimi Fęderis multæ magnæq; ſunt rationes: Nã tum tu (Pater beatiſſi.) qui diuini nominis obſeruator · chriſtianę Religionis cultor: ac huius ſacroſanctę Sedis uindex maximus ſemper extitiſti: ſuperiore anno. populos Eccleſiaſticę iuriſdictionis. ſuperbiſſima Tyrannide · & amaro ſeruitio (quibus per tot annos premebantur) liberare inſtituiſſes: Plerique Tyranni · multiq; ſeditioſiſſ: mortales. tam profani quã ſacri nequitę / ordinis (qui deuia caliginoſa & perdita feruntur uia) omnes tuos conatus coniuratis etiam inter ſe animis & uiribus retardarunt · Vnde cum maxima detrimenta huic ſacroſancto Apoſtolico Imperio intuliſſent: & adhuc damnata in Aereſi. pertinaces herere uideantur: hoc ſanctiſſimum Fędus (in quo alii potentiſſimi principes hactenus nominabuntur) inter ſanctita

tem tuam .Ferdinandum Catholicum Regem . & tempus Venetorum ſollemni ritu ictum eſt.
Primo pro ſalute preſidio . ſtatu atque libertate·tam Sanctitatis tuæ.quam huius Apoſtolici imperii:ne quid detrimenti amplius patiatur.Inde ut iura·munia·oppida · Ciuitates·& loca · Eccleſiaſticę iuriſdictionis/quæ huic ſacro impio·Immo Ieſu chriſto·humani generis redemptori/ Hoſtes nimis ſuperbe & auare.non ſine dolo malo eripuerunt/recuperentur·
Poſtremo ut Tyrannoꝝ atq; ſeditioſiſſimorũ animi: qui furore agitantur·atq; ab una ſancta Catholica & apoſtolica Eccleſia diſſidere uidentur : aliquando ad ſanitatẽ redeãt:ne ſuperbiſſimi Luciferi ritu·aut Gigantum more aduerſus prępotentem Deum amplius impios conatus moliãt̃ :ſed penitẽtia ducti:trãquilla in pace reſideãt.Pro cuius quidẽ ſãctiſſimi Fęderis uel defenſione.uel pręſidio pugnare ſumma uirtus. mortem oppetere gloria·& uita eſt ſempiterna·Et uero laudãtur diuturna memoria Lacedemonii:qui pugnãtes aduerſus uim & iniuriam Perſaꝝ aduer'o pectore uulnera acceperunt · Ornantur eximia laude Romani·quod pro patrię charitate/contra perduellem Antoniũ fortiter occubuerunt.Anteferentur quidem oĩbus qui ꝓ Apoſtolico imperio.ꝓ hoc ſãctiſſimo Fędere ſeruãdo:atq; ꝓ illa pnitioſiſſima Aereſi· & portentiſſima ſeditionis Bellua extinguẽda conſtã

tiſſima fide pugnabũt:quibus nõ monumẽta.non ho-
nores·nõ merita.non laudes ſempiternę nõ ſupplica-
tiones deerunt:quos ego/cum fortiſſimos & uictores
fore exiſtimẽ.nõ minorẽ/gloriã fortiter occumbẽdo·
quã nauiter uiuendo/conſecuturos iudico.quãdo for
tiſſimus qſq; p Ieſu xpõ.p eius uicario p Catholica
Eccl'ia & p chriſtianę repu:ſalute pugnare debet de
qbus in hoc ſanctiſſ: fędere magnis conatibus agit̃.
Verũ enim uero.qs de huius ſanctiſſimi Fęderis·ui-
ctoria·atq; fęlicitate dubitare põt:cũ hoc diuino cõſi
lio inceptũ:ſapiẽter cõſultũ.caſte iuratũ ſit:& hodier
na die.iter ſacra.& cerimonias·ſancte celebret̃:Quin
ẽt(cũ tuã Bea.pr̃)caſtã & integerrimã mentẽ cõſide
ro:quæ diuini amoris igne pcita·quæ erga xpãnum
populũ magno charitatis ardore icenſa.cũ p Ap'lico
Impio·ſemp ſpiritale martyriũ ſubiiſſet:toties tot pi-
culis & laborib9 ultro ſeſe expoſuiſſet:nulla unq̃ egri
tudine nullo incõmodo.neq; fortuna retardatus es:&
cui cũ hoc ipſum Tyrannidis·ac Seditiõis nomẽ:pro
eccleſiaſt.ca libertate.p xpianę reipu:pace·ſemp inui
ſum fuerit:oĩa quęcũq; futura ſũt:diuino numine·di
uina iuſtitia·& tua diuina potẽtia.atq; uirtute(q̃ ſu-
pis ſimillimã iudico)glorioſa·& ſerena fore decerno·
Cũ geſta Ferdinãdi catholici Regis tota mẽte repeto:
Iã tãti prĩcipis ſũma & heroica uirt9:quę ſemp Apo
ſtolicũ Impiũ fortiter tuẽdũ duxit:quę ſemp contra

hoſtes Chriſtiani nominis acerrime pugnauit : unde tot urbes tot populos . tot prouincias . tot Regna Chriſtiano Imperio ſubiecit:Adeo ante cęteros Re/ges(ut pace omnium dixerim)immortalem gloriã ſibi comparauit:ut certam nobis uictoriam ꝓmittat. Quid de conſtantiſſima Venetorum repu: dicam? quę tũ p tot annos.tũ terra.tũ mari·Thurcaꝝ ĩpetus ab Italię uaſtitate prohibuiſſet : ſuperiore anno au/xiliares copias miſiſſet : hoc etiam tempore : omnes ſuos conatus/pro huius ſanctiſſimi Fęderis pręſidio non eſt intermiſſura.

Ceterũ cũ Tyrannoꝝ atq; ſeditioſiſſimoꝝ hoĩum(q̃ huic Apľico Impio impie infenſi ſunt)naturã.mores & facta cõmemoro. Cũ eoꝝ animos q ĩ cõſilio ĩpioꝝ uerſantur.& in Cathedra peſtilentię ſedere admittũ/tur.in mentem duco:Cum tot monſtra.tot prodigia. & tot portenta(quæ in eorum capita ferri.uiſa ſunt) perquiro:quæ etiam Moſes & ſummi ſacerdotes.in uetuſtiſſimis monumentis.non aſpernati ſunt. Iam iam illos conſcientia delictorum agitatos : iam tot monſtris perterritos . iam incertos . deiectos. uanos deuios & inter ſe diſſidentes fluctuare uehemen/ter intueor:Denique cum prępotentem Deum . qui hãc ſanctiſſimã ſedẽ ſibi elegit ĩn terris:atq; eandẽ per te ſanctiſſimũ patrem ſuum legittimũ uicarium regere uoluit:mentis & animi luminibus ſuſpitio.

Illum ipſum ſublimi in maieſtate/altera manu ſan-
ctitaté tuã:& hoc ſacroſanctũ imperiũ ꝓtegentem:
altera ignita tela contra ſeditioſiſſimos hoſtes·libran
tem uideo:qua ꝓpter nihil uerẽdum:nil dubitandũ
quin hoc ſanctiſſimũ fędus:quod iuſtis & magnis ra
tionibus incohatum:ſumma pietate & ſapientia cõſul
tum:ſociorum fide & uirtute iuratum:tua ſanctitate
ſancitum:& diuino numine atq̃ auſpitio celebratũ.
fauſtum fortuna tum fœlixq̃ futurum ſit.
Infinite oratiõis meę.Vos preſides cuſtodeſq̃ huius
ſacri imperii magnos apoſtolos.Teq̃ in primis Deũ
optimum Max:Teq̃ etiam Cæli Reginam.oro im-
ploro atque obteſtor:ut Sanctiſſ: patrem Iuliũ ſecũ-
dum Ponti·Maxi.Ferdinandum Regem catholicum:
Rempu:Venetorũ:ac cęteros fortiſſimos principes·
(pro eccleſiaſtica libertate:atq̃ pernitioſiſſima Sedi
tionis peſte extinguenda)in hoc ſanctiſſimum fędus
euntes:incolumes.Victores fęliceſq̃ diutiſſime/ſer-
uetis: Dixi.

Finis.